

altera cautum fuerit, Quod Clerici qui culpabiles invenientur in rixis, ita puniri & condemnari deberent, sicut condemnantur & puniuntur laici per Dominium sacerdotiale, & easdem poenas debeat incurrire, quas incurrerent sacerdotes, & ad istam conditionem positi fuerint & sint Capellani & Clerici S. Marci, & nuper fuerit per Officium quinque de Pace querela deposita coram Ill.^{mo} DD. Andrea Dandulo Dei gratia Duce Venetiarum &c. tamquam Superiore Capellanorum & Clericorum Ecclesiae S. Marci, quod presbyter Zanninus Boldu dictæ Ecclesiae Capellanus fuerat repertus dedisse operam & favorem in quadam rixa, & in tam manifesta culpa ipsius erat, quod si fuisset laicus apertissime haberet ipse incurrisse poenam librarum quinquaginta, præfatusque D. Dux volens secundum formam Constitutionum ipsorum dictum Capellatum suum poena multare, mandaverit & fecerit quod Capitulum Ecclesiae S. Marci cogerent eum ad deponendum libras quinquaginta parvorum in manibus dicti Capituli, quas idem D. Dux mandavit conservari debere, & nullo modo restituvi, vel inde amoveri absque ipsius D. Ducis licentia speciali, intendens de ipsis ordinare & disponere sicut iustitia persuaderet. Posteaquam ad audienciam ipsius D. Ducis foret productum, & per confessionem quamplurium ex Capellatis dictæ Ecclesiae habitam per eum, quod pecunia memoria, non obstante mandato Ducali, fuerat dicto presbytero Zanno restituta, absque ulla ejus conscientia vel consensu;

953) Prænominatus D. Dux, cui spectat eorum correctio, inobedientiam dicti Capituli & Capella-

no-